



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1856

CLXXXIX. Stephan, Bischof von Brandenburg, läßt dem Kloster Lehnin eine Bestätigung vom Römischen Könige Adolph vom Jahre 1293 transsumiren, am 11. Mai 1443.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54716)

CLXXXIX. Stephan, Bischof von Brandenburg, läßt dem Kloster Lehnin eine Bestätigung vom Römischen Könige Adolph vom Jahre 1293 transsumiren, am 11. Mai 1443.

Nouerint uniuersi et singuli presens transsumptum et instrumentum publicum inspecturi, Quod nos Stephanus, dei gracia Episcopus Brandenburgensis, Vocatis primum et per nostras certi tenoris litteras et edictum publicum peremptorie citatis ad id omnibus et singulis, quorum interest et qui sua crederent interesse, in hodiernum diem, in eorundem non comparencium contumaciam iudicialiter presidentes recepimus, vidimus, tenuimus et diligenter inspeximus quandam litteram olim Illustrissimi principis Adolphi Romanorum regis in pergamento conscriptam, eius uero ut apparuit orbicularis forme sigillo de cera alba in pressula pergameni impendente sigillatam, pro parte venerabilis patris et domini, domini Johannis abbatis necnon Gerardi prioris et conuentus monasterii Lenyn nostre Brandenburgensis dyocesis nobis exhibitam et presentatam, de cuius consumptione propter eius vetustatem timebatur, eamque post fide dignorum testium coram nobis productorum et juratorum de et super veritate dicti sigilli factam recognitionem sanam, integram et illesam, non viciatam, non cancellatam, non abrasam, sed omni prorsus vicio et suspicione carentem repperimus, Cuius quidem tenor littere de verbo ad verbum sequitur et est talis: Adolphus, dei gracia Romanorum Rex etc. (No. LXXIX.) Post cuius quidem littere presentacionem, receptionem, visionem et diligentem inspectionem ac sigilli, ut presertur recognitionem Nos Stephanus Episcopus antedictus ad predictorum dominorum abbatis, prioris et conuentus Lenynensis coram nobis constitutorum deuotam supplicationem et instanciam, Eandem litteram et in eadem contenta ad perpetuam rei memoriam per honorabilem virum, dominum Bartolomeum Louwen Baccalaureum in decretis, notarium publicum infra scriptum Transsumi et exemplari, publicari et subscribi mandauimus, Volentes et decernentes, quod huic transsumpto publico tamquam originali — adhibeatur — plena fides. — Datum et actum in monasterio Lenyn supradicto in domo abbaciali ibidem Anno a natiuitate domini millesimo quadringentesimo quadragesimo tertio, Indictione sexta, die vero sabati, que fuit vndecima mensis Maii, hora tertia vel quasi, presentibus ibidem honorabilibus et discretis viris fratre alexio paschen, fratre paulo Weghener, fratre laurencio dammen, eiusdem monasterii sacerdotibus professis ac dominis Simone Bernewater in villa netzem et Liuno Westual in villa Trechwitz presbiteris et plebanis necnon Nicolao Man vicario perpetuo in Ecclesia parrochiali opidi Templyn, notario publico et clerico dyocesis Brandenburgensis, Thoma Wolters, Frederico Lamprecht, Eggardo de Lindow et petro Nigendorp, laicis Brandenburgensis dyocesis, testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

Et ego Bartholomeus Louwe clericus etc. litteram supradictam exemplando transsumpsi etc.

Nach dem Originale des Geh. Staats-Archives.

CXC. Kurfürst Friedrich II. vergleicht die von Rochow und das Kloster Lehnin über 2 Wispel Roggenpacht aus Pernitz, am 16. August 1443.

Wy Frederik, van godes gnaden Margraff to Brandenborch etc., Bekennen apenbare in desseme unsen apen brive vor allen, dy en syen edder horen lesen, dat wy na bekenntnisse